Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Conquerentes

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

gares tanto ſcelere? A. Ne iraſcere, domine. Tute noſti hunc populum, quàm ſit peruerſus. Cum flagitarent à me, ut facerem ſibi Deos, qui præirent eis (ſeſe enim neſcire quid accidiſſet iſti Moſi, à quo eſſent educti ex Aegypto) iuſſi, ut quod quiſque haberet ornamenti aurei, detraheret ſibi, & afferret ad me: quod etiã fecerunt. id ego immiſi in ignẽ, unde effectus eſt hic uitulus. Itaq; uides eos nudatos ornamẽtis: id quod ideo feci, ut eos notarẽ ignominia apud hoſtes. M. Video. Nunc ſi quis à Ioua ſtat, huc ad me. Bene habet, cõuenerũt omnes Leuitæ. Agite nunc uiri fortes, accõmodate ſuum quiſq; enſem lateri, ite per tota caſtra:[d] perimite ſuum quiſq; fratrẽ, amicũ, proximũ: nemini parcite. nam ita iubet Ioua, Deus iſraelitarum. L. Ita fiet.

d Sontes puniendi ſunt, nulla habita perſonarum ratione.

SENTENTIA.

Populus, ſi abſunt boni magiſtri, facilimè labitur in grauiſsimos errores. Deus piorum precibus pacari ſe ſinit.

CONQVERENTES. Num. 11.

ARGVMENTVM.

Populus uoluptates Aegyptias deſiderat, faſtidiens cœleſtem cibum. Et Ioua conquerenti Moſi pollicetur, ſeſe illis ſuppeditaturum carnem, ſed ad pœnam.

Populus, Moſes, Ioua.

VTinam nunquam emigraſſemus ex Aegypto. Quid enim agimus in hac uaſta ſolitudine?

dime? quis dabit hic nobis carnem, qua ueſcamur? Nam cùm uenit in mentem piſcium, quibus [a] immunes ueſcebamur in Aegypto, tum autem cucumerum, peponum, porrorũ, ceparum, alliorũ: [b] conſeneſcimus, nihil ante oculos habentes præter neſcio quod manna. M. Hei mihi, quas querimonias audio? O Ioua, cur ita mihi aduerſus, ita à me uoluntate alienus es, ut mihi impoſueris onus totius huius populi? Nunquid ego populum hunc concepi? nunquid peperi? ut mihi iubeas eum ferre in ſinu meo, quomodo fert nutrix alumnũ, in terrã quam iuraſti maioribus eius? Vnde mihi carnes ad tantum populum, qui eas à me cum fletu flagitat? Non poſſum ego ſolus eum ſuſtinere: eſt enim grauior quàm pro me. Quod ſi iſto modo agis mecũ, interfice me potius, ſi quid apud te autoritatis habeo, quàm ut feram hoc malum. I. Congrega mihi ſeptuaginta uiros, de ſenioribus Iſraelitis, quos ſcis eſſe ſenatores & primarios populi: coſq; adducito ad oraculare tabernaculum, ibi adfuturos tecum. Ego deſcendam, & ibi colloquar tecum: [c] demãq; de ſpiritu quo tu præditus es, quo eos afflabo, ut ipſi tecum ferant partem oneris populi, ne tu ſolus ſuſtineas. Populo aũt ſic dicito: Luſtramini in craſtinum, & ueſcimini carne. Fletus enim ueſter peruenit ad aures Iouæ, dum flagitatis carnem, & deſideratis Aegyptum. Dabit uobis Ioua carnẽ, quã comedatis,

a Hoc eſt, ſine ullo negocio.

b mœrore contabeſcimus.

c Deus ſpiritualia quoq; bona, nõ minus quàm carnalia, ſuis per ſuos, tanquam flammam de flãma, impertit.

medatis: & comedatis nõ uno die, non duobus, nõ quinq;, non decem, non uiginti: ſed ad [d] menſtruã diem, dum uobis exeat per nares, & faciat nauſeam: quoniam [e] cõtempto Ioua, qui uerſatur inter uos, plorantes apud eum, conquerimini uos exiſſe ex Aegypto. M. *Sexcenta ſunt millia peditũ huius populi, qui adeſt mecũ: & tu dicis te daturum eis carnes, quib. ueſcãtur per menſem? Nunquid eis mactabuntur oues, & capræ, & boues, quæ ſatis ſint? Nunquid uniuerſi piſces maris cõgerẽtur, qui eis ſuppetant?* I. *Nunquid debilitata eſt Iouæ manus? Iam uidebitis, [f] euentura ne promiſerim, nec ne.*

d Spacium menſis.

e Contemn[...]tur Deus, [...] eius benefi[...]cia contem[...]nuntur.

f Hoc eſt, [...]uentura n[...] ſint quę pr[...]miſi.

SENTENTIA.

Cupiditas rerum carnalium parit faſtidium ſpiritualium. Et Deus carnalia petentibus interdum largitur: ſed illa breuis uoluptas parit longos dolores. Cum maximè explebuntur carnales uoluptatibus, aderit pœna.

CALEBVS. *Num.* 13.

ARGVMENTVM.

Populus, deterrentibus exploratoribus, deſperat de expugnanda promiſſa terra. Qua re iratus Ioua, iurat non peruenturos, exceptis duobus qui confiderant, uidelicet Ioſua & Calebo.